

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3190

Autre(s) référence(s) : Tabuteau 377

Auteur(s) : Dreux, Vexin (comte)

Bénéficiaire(s) : Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1024, 7 avril

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : restitution

Langue du texte : latin

Analyse

Dreux, comte de Vexin, ayant égard aux mérites de l'abbé Gérard, restitue avec l'assentiment de ses vassaux, la villa de Chaussy-en-Vexin, propriété de saint Ansbert, moyennant 1248 deniers qui font 104 sous.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 7, p. 37-38.

Texte établi d'après a

Orthodoxis omnibus catholiceque fidei cultoribus Droco, diuine nutu pietatis comes Wilcassianensium, patrie vite et prosperitatis eteren salubre munus hoc legendo et audiendo recitantibus. Omni in exordio rerum nominis (?) noticia rationabilitatis discernere creaturarum communia diuersitatis, speciali autem modo continet intelligere distanciam humane nature a ceteris ; et quoniam in utriusque documenta testamenti diuine dispositio prouidencie humani generis naturam tante excellencie praeordinat esse ut pre ceteris animantibus hec habeat ei obedire, ab eius tramite hanc eandem minime oporteat discedere. Hoc igitur obedientie considerato genere, quicumque pigritatur inertia sui negligencie matrem nostram sanctam Dei ecclesiam secundum facultatem gratiarum suarum diligere et honorare illi pronuntiabitur : « Noluisti benedictionis salutem, angustie autem lues tribulationem. » Quam sententiam non solum modo usque, sed etiam in naturae contemplatus prauis ab usurpationibus ereptam, acutiori curiositate in summi boni opera nec volui conferre. Petente itaque concione beati Petri cenobii a sancto Wandregisilo in Normannorum prouincia pridem conditi, in vico qui scilicet Fontinella nuncupatur, et eiusdem loci abbatis domni Gerardi meritis, villam supradicti sancti que Calceatus in Wlcassino nomine fertur, absolutam et liberam cunctis debitum ad ministerium mei comitatus, meorum centurionum ministerialiumque mihi subditorum pertinentibus, videlicet mille ducentorumque quadraginta octo nummorum pecunia ob id accepta, id est solidis centum et quatuor sumptis, reddidi. Hoc igitur fauore auctoritateque non solum amicorum, sed et insuper elementis litterarum notificari posteris volens, anno M. vicesimo quarto dominice incarnationis, mense aprilis, septimo idus, luna XVI., decreui Rothomagi urbis cum ceteris fidelibus meis. Quod si quis in Calceacorum tellurem ad supradictam Fontanellam pertinentem et ad eundem Fontanelle locum a beato Ansberto proprium alodium olim traditam, inuadere aut usurpare sibi aliquid presumpserit, milies ducentis et quadragies octies ductum persoluat aut satisfactionem eiusdem loci fratribus concedat. Si quis vero auidus, auaricie modis incensus, resistere et contradicere huic ambierit sentencie, publici reus erit iudicii, ire et maledictioni subiaccens Christi. Hec ideo scribi

iussi, astantibus et auctorizantibus precipuis viris cum subiacenti signo crucis, scilicet me Drocone comite, Gerardo abbate, Samsone, Hugone, Roberto, Ado, Eudone, Roberto, Huberto, Wastione, Montberto, Laurencio, Odo, Roscelinus, Walterus presbyter, Rosselinus diaconus, Rogelmus clericus, Geroldus presbyter, Bernerius episcopus, Drogo clericus, Fulco diaconus, ut iniqua agere cupientibus in testimonium et justiciam Dei retinentibus sint in exemplum.